tes aeternam illam penam et inmensos cruciatus. Et super eum ridebunt. In futuro
videlicet iam securi et liberati nulla pietate tangentur super damnato corpo
re diaboli. Sed et ridebunt. i. exultabunt eos iuste damnatos. eum ride
bunt. i. super antichristum gaudebunt. Et dicent, ecce homo. i. filius perditionis.
Qui non posuit deum adiutorem suum qui non quesivit adiutorium dei.
Sed speravit in multitudine divitiarum suarum. i. in bonis et inutilibus rebus posuit
spem suam. Nec enim ideo quis damnatur si divitias habeat. sed si in eis spem suam ponat,
Multi quippe divitias sine peccato possident utendo eis fideliter et non serviendo. Di
vitiarum suarum. i. omnium bonorum suorum. Et prevaluit. i. potens factus est ad tempus. In vanita
te sua. i. in mundana pompa. Ego autem sicut oliva. Vox prophete et persona ecclesie. Exul
tabunt est. Loquitur de se ipso propheta. quod non sit similis eorum qui spem suam in vanis et in
utilibus rebus posuerunt. In domo dei speravi in misericordia dei. quam daturus est fidelibus
in iudicio non in divitiis seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti. i. laudabo
te o deus quia fecisti. s. misericordiam meam. et quia me de omni tribulatione eripuis
ti. Et expectabo nomen tuum. Christus in electis suis nomen dei patris expectat in membris
videlicet suis in quibus peregrinatur in presenti. Quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.
i. dulce. et hoc in conspectu sanctorum tuorum. Ceteris reprobis terribile et orrendum.
LII. In finem pro amalech intellectus david. In finem pro amalech. Amalech interpretatur
sanguinem lambens vel sanguinem bibens. significat iudeos vel omnes reprobos
generaliter qui malo et perverse de christo loquuntur. Idem [illegible]
buntur. Nam amalech similiter gens fuit que prima filiis israel de egypto
exeuntes bello excepit. Inde et illi populos [illegible] contrarios [illegible]. Ideo
quod illi dominus minatur delebo amalech de sub celo [illegible]
omnes reprobos qui per amalech accipiuntur in die iudicii damnaturus est vel de
[illegible]. Sciendum quia in ebreo non habetur pro amalech sed pro maeleth. Maeleth
autem interpretatur dolens sive parturiens. et sancta ecclesia dolet et parturit in pre
senti malos dum videt eorum in malo obstinatam voluntatem. Nam et parturit [illegible]